

Index Lectionvm In Academia Fridericiana ... Habendarum

**WS 1781/1782 : Index Lectionum Publice Et Priuatim In Academia Fridericiana
Quae Buetzouium Ornat A Festo Michaelis 1781 Ad Festum Paschatos 1782
Habendarum**

Buetzouii: Ex Officina Fritziiana, 1781

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1787018229>

Band (Zeitschrift) Freier  Zugang







LB T 594.33

20.1781
82.

INDEX
LECTIONVM

PUBLICICE ET PRIUATIM
IN
ACADEMIA
FRIDERICIANA
QUAE BUETZOUUM ORNAT
A FESTO MICHAELIS 1781
AD FESTUM PASCHATOS 1782
HABENDARUM.



BUETZOUUM
EX OFFICINA FRITZIANA.

INDEX

LECTIOMVM

PHYSICÆ ET MATHESICÆ

IN

ACADEMIA

FRIEDERICIANA

QUAE ANNO 1734

A PESTO MICHAELIS 1734


AD PESTUM PASCHAE 1735

WILHELMUS



DIETZDORF

EX OFFICINA



LECTIONES THEOLOGORUM.

D. CHRISTIANUS ALBERTUS DOEDERLEIN, SS. Th.
Prof. P. O. & Consil. Ducal. Consil. adjuvante Deo continuabit
& absolvet Praelectiones superiori semestri coeptas, nimirum
THEOLOGIAM DOGMAT. it. MORALEM, & praecepta
HERMENEVTICES S.

D. FRIDERICUS MAXIMILIANUS MAURITII, Con-
sist. Duc. Consil. & S. S. Theol. P. P. O. per semestre hibernum
DEO auxiliante *Introductionem in vniuersam Theologiam* tradet,
& praelectiones *Dogmaticas, Homiletico-Catecheticas*, atque
Exegeticas continuabit. Neque iis deerit, qui forsan *Hermene-
vnticam* doceri velint.

* 2

D. IOH.

D. IOH. PETR. ANDR. MÜLLER, S. S. Th. P. P. E.
Apostoli Pauli *ad Corinthios utramque* epistolam explicabit, ita
quidem, ut quaternis prioribus hebdomadis diebus exegeticam
enarrationem ac demonstrationem, binis autem posterioribus
analysin grammaticam propinet, quo minus desint in posterum
harum terrarum scholis idonei litterarum græcarum magistri.

IURECONSULTORUM.

IO. MATTH. MARTINI, I. D. & P. P. O. nec non S. D. R.
consilii iustitiae, per mox subsequens semestre brumale com-
mentabitur

- 1) in institutiones Heineccii.
- 2) Digesta Boehmeri.
denique docebit
- 3) ius civile patrium iuxta sua praecepta.
Horas indicabit suo tempore in tabula publica.

EOB. TOZIVS, Sereniss. Duc. a Consil. Iustit. Iur. Publ.
Prof. O. notitiam Europæ generalem & particularem, in eaque
Ius Publicum praecipuorum regnorum & rerum publicarum
breuiter tradet ad filum libri sui: *Einleitung zur allgemeinen und
besondern Europäischen Staatskunde.* Horam in tabula publica
indicabit.

D. IO-

D. IOANNES IACOBUS PREHN, Iur. P.P.O. per in-
stans semestre hibernum docebit

Hora VIII-IX. *Ius Publicum* S.R.I. praeunte *Selchowio*.

- - IX-X. *Ius Criminale* duce *Meistero*.

- - XI-XII. *Institutiones iur. civil.* ad filum compendii
Heinecciani a *Lud. Iul. Fr. Hoepfnero* editi. Denique
iis non deerit, qui in exercitiis disputatoriis vires inge-
nii coercere cupiunt.

MEDICORUM.

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING, Facultat. Medicæ
Senior, & Sereniss. Duc. Regnant. a Consil. Aul. Prælectiones
privatas Materiae sic dictæ medicæ superiori semestri incho-
atas continuabit. Publice docebit Medicinam legalem. Nec
deerit iis, qui in aliis artis salutaris partibus manuccionem su-
am desiderabunt.

D. AUGUSTUS SCHAARSCHMIDT, *Med. P. P. O.*
SERENISS. DUC. REGNANT. Cons. Aulicus

finitis laboribus physiologicis pariter ac chirurgicis

1) Physiologiam iterum docere inchoabit;

2) Cursum anatomicum in theatro anatomico, si adsint
cadavera, instituet.

Auch wird er, auf hohen Herzogl. Special-Befehl die Frauens-
Personen, die von den Herzogl. Aemtern und Ritterchaftlichen
Gütern zu ihm gesandt werden, in der Hebammen-Kunst
gründlich unterrichten.

D. PETRUS LUDOLPHUS SPANGENBERG, P. P. O. Sereniff. Duc. Regn. Archiater, & in Aula a Consiliis, per semestre subsequens hibernum auspicabitur lectiones pathologicae & semioticae. Quibusque praeter hæc, prodesse possit, minime deerit, & promptam expectent Commilitones voluntatem, desiderijs eorum inserviendi.

PHILOSOPHORUM.

ANG. IO. DAN. AEPINUS, Philof. P. P. O. & SERENISS. DUC. a Consil. Cancellar. Secretior. ob negotia clementissime sibi demandata absens, hoc semestri laboribus academicis vacare adhuc impeditur, ad quos tamen mox redibit.

EOB. TOZIVS, Sereniff. Duc. Consiliar. Iustic. Hist. Prof. P. O. hora X. docebit historiam Imperii R. G. secundum nouum ab Ill. PÜTTERO editum compendium: Kurzer Begriff der teutschen Reichsgeschichte.

OLAVS GERHARDVS TYCHSEN, SER. DVC. REGN. a Consiliis Aulae, LL. OO. Prof. P. O. & Bibliothecae Praefectus b. c. D.

Semestri hoc hiberno, Fundamentale hebraicum redauspicabitur, cursorias in Vet. Test. Lectiones, & arabicas exercitationes continuabit. Neque rabbinicam dialectum e priuatis studiis excludet. Denique Antiquitates hebraeas exponet, earumque usum & necessitatem in scriptorum sacrorum lectione, perpetuo exemplorum apparatu demonstrabit.

M. SA-

M. SAMUEL SIMON WITTE, Juris N. & G. Prof. P. O.
hoc semestri hierno *Logicam, Metaphysicam & Jurisprudentiam naturalem universam* e brevioriis clariss. *Federi & celeberr. Hoepfneri* docebit, ac horas lectionibus hisce destinandas e tabula publica indicabit.

D. IOH. PETR. ANDR. MÜLLER, Philos. P. P. O.
1) *Metaphysicam* e suo Compendio docebit, & eam quidem ut expurgatam spinosis ac uanis subtilitatibus, ita etiam populari methodo ac perspicua delineatam, quam facile omnes assequantur: 2) *Philosophiæ practicæ uniuersæ* epitomen suppeditabit: 3) ad exercitationes disputatorias non solum, sed etiam ad familiares congressiones litterarias nunquam non paratus erit.

M. P. I. HECKER, Mathes. P. P. O. 1) ad ductum compendii Segneriani arithmeticas, geometricas & trigonometricas prælectiones redintegrabit h. IV - V. 2) in explicanda analysi finitorum & infinitorum, duce cel. Kæstnero, perget h. XI - XII. 3) singulas matheseos adplicatæ, mechanicas scilicet, opticas & astronomicas scientias docebit, præeunte celeb. Karsten, in compendio sub titulo: *Auszug aus den Anfangsgründen und dem Lehrbegriffe der mathematischen Wissenschaften* novissime edito h. V - VI. 4) *Analysin finitorum* s. *algebram* eiusque ad geometriam imprimis adplicationem ex compendio cel. Kæstneri denuo explicare incipiet, eamque ad finem producet h. II - III. 5) Ceterum etiam exercitationibus repetitoriis h. VI - VII instituendis commodis honoratiss. auditorum inservire cupit.

M. FRANCISCUS CHRISTIANUS LAURENTIUS
KARSTEN, Lectiones Matheseos tam priuatas quam priuatis-
simas b. c. D. ad finem perducet; nec non illis deerit qui in una
aue

aut altera parte *Matheseos* vel *doctrinae cameralis* ope sua uti
velint. Horas lectionum habendarum e tabula publica re-
nuntiabit.

*

*

*

Qui praeterea corporis exercitiis operam dare cupiunt,
magistros quoque habent artium eo pertinentium peritissimos.

P. P. *Bützonii* ante Terminum Michaelis A. MDCCLXXXI.

